

**www.e-rara.ch**

**Cornelii Valerii Ultraiectini In universam benedicendi [sic] rationem  
tabula, summam artis rhetoricae complectens**

**Valerius, Cornelius**

**Antverpiae, 1574**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRm 233,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35845>

De generibus caussarum.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

tamus, & non partes partium retexamus. Affectibus utemur hoc loco vehementioribus illis, ad impellendos auditorum animos, quibus moueantur vel ad amorem in laudibus & exhortationibus: vel ad odium & indignationem in vituperationibus, dehortationibus, & accusationibus: vel ad misericordiam in defensionibus. Misericordia ad mouendam iudicum mentem reo necessaria est; indignatio accusatori. Has partes Cicero perorationi subiecit, enumerationem, indignationem, & conquestionem: sed in partitionibus duas, enumerationem & amplificationem, qua concitantur affectus, indignatio & conquestio. Cornificius enumerationem, commiserationem, & amplificationem, qua vehementer aliquid vel exaggeratur vel extenuatur, qua per locum communem sumitur instigationis auditorum causa. Seruandum hoc in epilogis precipitur, vt breues sint, ne vel inflammatus iudex refrigescat, vel miseratione motus, aliò se animo & cogitatione conuertat; tum vt acres sint, & quasi aculeis quibusdam animos pungant.

Lib j. de Inventione.  
Ad Heren. lib. ij.  
Amplificatio.

## De generibus caussarum.

TRIA caussarum genera, demonstrationem, de- liberationem, & iudicium, supra definiuimus; ad qua referri potest quidquid oratione suscipitur explicandum. Primi generis sunt Laudatio vel vituperatio personarum, factorum, & rerum; praterea gratiarum actio, expositio historica, cuius & utilis in primis & iucunda lectio est, gratulatio, lamentatio, commemoratio beneficiorum, &c. Additum est huic didascalicum seu didacticum genus ab iis, qui latius hoc caussæ genus patere volunt, vt non tantum sinit am

Pag. 10.

Quæ contineatur genere demonstrationis. Historia quæ Rhetoricæ parte habetur, est copiose, ornateque, sed verè narrandi facultas. Plato in Sophiste, teste Quintiliano, libro iij. cap. iij.

completeatur quaestionem, sed ad infinitam etiam extendatur, & ad quamcumque rem propositam, de qua differi via & ratione possit. Hoc genere continentur theses seu loci communes, & simplices & copulati, quorum tractationem orator à dialectica methodo accipit. Eam rationem Cicero in lib. de Officiis secutus est. Et quoniam singulorum generum fines indicavimus, statuatur & huius generis finis, cognitio. Nominatum est genus demonstrativum ex eo, quod quale sit aliquid demonstrat, vel laudando, vel vituperando, vel narrando, vel docendo. Alterum causae genus continet suasionem, dissuasionem, exhortationem, debortationem, petitionem, conciliationem, consolationem, commendationem, &c. Tertio generi subiiciuntur accusatio, defensio, expositio, exprobratio, comminatio, purgatio, deprecatio, aliaque similia, in iudicia & deliberationes interdum demonstratio incidit, ut in Orationes Cic. pro Caelio, pro Archia, pro Pompeio. Item in Pisonem, Oppianicum, Catilinam, Graecorum vanitatem. Ac vix vlla Ciceronis atque aliorum etiam oratorum oratio reperietur, in qua non tria illa causarum genera, aliqua ex parte liceat inuenire. Et tamen vnaquaeque oratio suo generi tribui possit, ut ea, qua pro lege Manilia dicta est, qua pro lege agraria, aliaque similes ad populum, vel ad Senatum, deliberatio: ea verò qua pro Milone, qua contra Verrem, atque alia ad iudices Orationes, iudiciali sint attributa.

De demonstratione personarum.

DEMONSTRATIONIS finem esse diximus  
honestam

Quae referantur  
ad deliberat.

Quae ad iudicia

Demonstratio  
in alia genera  
incidit.